

Cass
Cob
Est
Tab
N°

R B
14
18

R B
14
18

77, Bazar, 1654, 1655, 1656

67



INDEX
LIBRORVM PROHIBITORVM CVM REGLIS

confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos, auctoritate Sanctiss. R. M. P. IIII, Pont. Max. comprobata.

Impressus Obsequium de mandato Serenissimi Cardinalis Henrici Infantis Portugallie, Archiepiscopi Vicelegationis, Legati à latere. Apud Franciscum Curram civis Principis & Ducis Typographi. F. S. S. S.

Cum Privilegio Regio.

Anno 1654.
mensis Octobris.

non excusari in hac rebus de portari faciat alia-
quā proterquam quod in prebendam conferam
incurret quā contra se sanguis suspensum de fide
nostra esse procedendum. Sub qua eadem pena
mandamus omnibus personis cuiuscumque status
sint, ut simul et apud quoscumque prebendas libere
esse cognoverint statim suis Inquisitoribus nunti-
cent et aperiant. Quod si in aliqua diocesi fue-
rint alius diocesis Inquisitoribus vel Ordinariis
inobediēter denunciare caverint. Quos censuras no-
bis, vel hereticis pravitatis Inquisitoribus referen-
tias esse decrevimus: nunciantes quoscumque alios
liberum prebendarum Indicos, qui an-
te hoc prebent, ut hinc duxerunt

diocesis integra et indubita

in fide habeatur. Datum

Ostijæ, Idibus Octob.

M. D. LXXIII.

PIVS,

PIVS, PAPA, IIII.

AD PERPETVAM REIMEMORIAM.

DOMINICI gregis custodie, Do-
mino disponēte, prepolis, vigils
more pastoris, non desilimus ipsi gregi
ab imminētibz periculis quantama-
xima possumus cura & diligentia pre-
cauere: ac propter negligentiam nostrā
pereant omnique pretiosissimo Domi-
ni nostri Iesu Christi sanguine sunt redē-
per. Etsi autem qui ad fidei veritatem
patefaciendam, & ad horum componem
hereses confutandas pertinēbāt, in occu-
patione, & generali Concilio Tridenti-
no, sancti Spiritus assistente gratia, no-
per ad eō enucleata, ac definita fuerūt: ut
facile iam sit unicuique sanam Catholi-
camq; doctrinam à falsa adulterināq; in-
ternoscere: tamen cum librorum ab he-
reticis editorum lectio nō modò simpli-
ciores homines corrumpere soleat, verū

A 3 *sepe*

sepe etiam doctos eruditosq; in vari-
os errores, & à veritate fidei Catholicæ a-
lienæ opinionones inducere: huic quoque
rei esse duximus providendū. Cū autē a-
perissimū ei malo remediū esse sciremus,
si cōponeretur atq; ederetur Index, siue
Catalogus librorū, qui vel hæretici sint,
vel de hæretica prauitate suspecti, vel
certe moribus, & pietati noceant id ne-
gotium ad sacrā Tridentinam Synodū
releceramus. Ea verō ex tanta Episcopo-
rum, & aliorum doctissimorū virorum
copia delegit ad eam conficiendū Indi-
dicē multos cūm doctrina, tū iudicio in-
signes Prælatos ex omnibus fere nationi-
bus. Qui quidem non sine maximo labo-
re, plurimūq; vigilijs, eum Indicē tandē,
Deo iuvante, perfecerunt, adhibitis etiā
in consilium lectissimis quibusdā theo-
logis. Peracto autem Concilio, cum ex
ipsius Synodi decreto in Index nobis o-
blatus iussit: vt ne antē ederetur, quā-
m à nobis approbatus fuisset. Nos doctissi-

mi

mis quibusdā, probatissimisq; Prælati-
cum accuratissime legendū, examinari-
dūq; tradidimus: & ipsi etiā legimus.
Cū igitur eum magnostudio, acri iudi-
cio, diuturna cura confectū, & præsertim
commo dilissime digestum esse cognoue-
rimus: Nos saluti animarum consulere,
eamq; ob causam providere cupientes,
ne libri, & scripta cuiuscunque generis,
quæ in eo improbantur, siue vt hæreti-
ca, siue vt de hæretica prauitate suspec-
ta, siue vt pietati, ac morum honestati
inutilia, aut aliqua correctione saltem
indigentia, posthac à Christi fidelibus le-
gantur: ipsam Indicem, vna cū regulis
ei præpositis, autoritate Apostolica, te-
nere præsentium approbamus, impri-
miq; ac divulgari, & ab omnibus Vni-
uersitatibus Catholicis, ac quibuscunque
alijs vbiq; suscipi, easq; regulas obser-
uari mandamus, atque decernimus: in-
hibētes omnibus, & singulis, tam Eccle-
siasticis personis secularibus, & Regula-
ribus,

ribus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint: qui laici, quocunque honore, ac dignitate praediti: ne quis contra earum regularum praescripta, aut ipsius prohibitionem Indicti libros viles legere, habereve audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemq; secerit: is quidem, qui haereticorum libros, vel cuiusvis auctoris scripta propter haeresim, vel falsi dogmatis suspitione damnata, atq; prohibita legent, habuerit: in ipso iure in excommunicationis poenam incidat: eamq; ob causam in eum tanquam de haeresi suspectum inquiri, & procedi liceat: praeter alias poenas, super hoc ab Apostolica Sede, sacrisq; Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legent, habuerit: ve praeter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seueri se noverit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque: aut si quibus communiter, vel diuim ab eadem sit Sede

indulcum,

indulcum, ne excommunicari possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam de expensam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Ut haec autem ad omnium noticiam perveniant: per quos excusatione ignorantiae vti possint: volumus, & mandamus, ut haec litterae per aliquos Curiae nostrae Curatores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, et Missarum solennibus interire, congregari solet, palam, & clara voce recitentur, & postquam recitata fuerint, ad varias partem ecclesiarum, itemq; Cancellariae Apostolicae, & in loco solito Campi Flore affigantur: ubiq; ut legi, & omnibus intellere possint, aliquantisper relinquatur. Cum autem inde amovebuntur: eorum exempla in eisdem locis affixa remaneant. Nos enim, per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his litteris comprehenduntur, post tres

B mensis,

mensis, à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsi illæ editæ, lectæ, fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptivæ, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munica fuerint: fidem sine ulla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datam Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxij. Martij, n. n. 1711, Pontificatus nostri anno Quinto.

Ant. Florebellus, Lauellinus.

P R Æ F A T I O.

In Index librorum prohibitorum, professum à Deputatione Tridentina Synodi, Regiarum à Patre Fratre Francisco Ferrari, Ordinis S. Min. Fratrum Predicatorum S. Theologiae professore, et eiusdem Deputationis Secretario.

CUM VETERA documenta Tridentina Synodus, his rationibus adducta, quæ in secundæ Sessionis decreto sub Beatissimo Pio III, Pætri Max. explicata sunt, censuisset, ut Patres aliquos ex omnibus ferd nationibus delecti, de librorum censuris quid statuendū esset, diligenter cogitarent: in eam tandem sententiã post discussam deliberationem venerunt, ut iudicarent, nihil vilius fieri posse, quàm si Romanus ille prohibitorum librorum Index, ab Inquisitionibus Romæ postremo confectus, paucis tantum demptis, atque etiam additis,

B a retineretur.

retineretur. quippe qui eum magna ma-
 ritate à multis viris doctis cõpõsitum
 plurimos cõprehendat autoret, atque in
 ordinem sacis cõmodum digestus esse vi-
 deatur. Quoniam vti intelligebat, pro-
 pterea in aliquibus prouincijs ac locis
 hætenus eum Indicem receptum non esse,
 quòd in eo quidam libri prohibètur, quo-
 rum lectione viri docti priuati, magno
 is cõmodo afficerentur: atque animad-
 uertentes etiam in eo esse nonnulla parum
 explicatè posita, quæ interpretatione in-
 digere: ut multum diuq; deliberationi-
 bus agitata ac viris etiam ex omni natio-
 ne: Theologicæ facultatis scientissimis
 in consiliu adhibitis, subiectas Regulas
 cõponendas iudicarunt: ut, quoad eius
 fieri posset, doctorum hominũ cõmodis
 & studijs, sua veritate ac religione, pro-
 spicerentur. Illud igitur in primis obser-
 uari oportet, vniuersaque penè alpha-
 beti literarũ tres habere Classes. In prima
 non sã libri, quàm libri, si scriptorũ: ad-
 tinentur,

tenentur, qui aut heretici, aut nota hære-
 sis suspecti fuerunt. Horũ enim catalogũ
 fieri oportuit: ut omnes intelligant, eorũ
 scripta, non edita solum, sed edenda etiã
 prohibita esse. Sed illud etiam ani mad-
 uertendũ est: quòd licet multi præterea
 sint, qui iustissimis de causis in hæc Clas-
 sem referri poterant: Patribus tamen nõ
 inquit animus, aut ad eorum pertinebat
 institutum, ut eos ad vnam perquisirerent
 sed eis penè cõstiti fuerit, qui in Romano
 catalogo descripti sunt: de alijs vero eius-
 dẽ generis autoribus idẽ ab Ordinarijs
 & Inquisitoribus statuendũ esse existima-
 runt. In secundã Classẽ non auctores, sed
 libri sunt relati, qui propter doctrinam,
 quã continent, non sanam, aut suspectã,
 aut quæ offensionẽ etiã in moribus tan-
 tũ fidelibus afferre potest, reiciuntur:
 etiã si auctores à quibus prodire, ab Ec-
 clesia nõquam desiderentur. Tercia vero
 & vltima Classis eos libros cõplectitur,
 qui sine scriptoris nomine existunt in vul-

gus, & tam doctrinam continent, quam Romana Ecclesia, tanquam Catholice fidei, aut morū integritati contrariam, re futidam, ac repellendā esse decernit. Nō enim omnes libros, qui nomē auctoris nō præferunt, dānandos pōtarunt (quando quidem sæpe viros doctos ac sanctos nō uimus, ut Christiana quidē Resp. ex eorum vigilijs fructū caperet, ipsi verò ipsam gloriam euitarent, libros optimos sine nomine edidisse) sed eos tantum, qui aut liquido præuā, aut dubiam fidei doctrinam, siue moribus perniciosam cōtinent. Ac verò qui sint huiusmodi, aut tales censeri debeant, præter eos, qui in hoc catalogo descripti sunt, Episcopi, & Inquisitores vnācum Theologorū Catholicorū cōsilio diiudicabūt. Sed ppter necessitatē temporū malitiā, ne in posterū libri sine nomine auctoris edātur, decreto quartæ Sessionis Tridētini Concilij sub sel. rec. Paulo 114, quod incipit, Sed & Impressionibus, &c. Provisum est.

Regula

REGVLÆ PRIMA.

LIBRI omnes, quos ante annū M. D. xv. aut summi Pōtifices, aut Concilia œcumenica dānarunt, & in hoc Indice non sunt, eodem modo dānari esse censeantur, sicut olim dānati fuerunt.

REGVLÆ SECVNDÆ.

HÆRESIARCHARUM libri, tam eorū, qui post prædictū annum hæreses inuenerūt, vel suscitauerūt, quā qui hæreticorum capita, aut duces sunt, vel fuerunt, quales sunt Lutherus, Zuinglius, Calvinus, Balthasar Paccimōtanus, Suenchfeldius, & his similes, cuiusque nominis, tituli, aut argumenti existant, omnino prohibentur. Aliorū autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex professo tractant, omnino dānantur. Qui verò de religione non tractant, à Theologis Catholicis

iudic

nissu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati permittuntur. Libri etiã Catholicè conscripti, tam ab illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, qui ab illis, qui post lapsum ad Ecclesię gremiũ redierunt, approbati à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicę, vel ab Inquisitione generali, permitti poterunt.

REGVLA TERTIA.

VERSIONES scripturarũ etiã Ecclesiasticarum, quę hactenus editę sunt à dñisq; autoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur. Librorum autem veteris Testamenti versiones viris tantò doctis & pijs iudicio Episcopi cõcedi poterunt: modo huiusmodi versionibus tanquam elucidationibus vulgatę editionis ad intelligendã sacram Scripturã, non autẽ tanquam sacro textũ vtiuntur. Versiones vero noui Testamenti, ab autoribus primę Classis huius Indicis fa-

str.

str. nemini concedebatur: quia vilitatis parũ speculi verba plurimũ lectoribus ex carũ lectiõne manare solet. Si quę vero annotationes cũ huiusmodi, quę permittuntur, versionibus, vel cũ vulgatę editione circulerentur, expunctis locis suspectis à facultate Theologica alicuius vniuersitatis Catholicę, aut Inquisitione generali, permitti eisdem poterunt, quibus & versiones. Quibus conditionibus totũ volumen Bibliorũ, quod vulgò Biblia Vatabli dicitur, aut partes eius cõcedi viris pijs & doctis poterunt. Ex Biblijs vero Ihsidori Clarij Braxiani prologus & prolegomena præcidantur: eius verò textum nemo textũ vulgatę editionis esse cõstimet.

REGVLA QVARTA.

Vbi experimento manifestũ sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominũ temeritatẽ detrimenti,

C

trimenti,

trimenti, quam vultant oritur hac in par-
te iudicio Episcopi, aut Inquisitoris ste-
tur: ut cum consilio Parochi vel Confes-
sarij, Bibliorū à Catholicis autoribus ver-
borum lectionē in vulgari lingua eis con-
cedere possint, quos intellexerint ex hu-
iusmodi lectione non damno, sed fidei,
atque pietatis argumentū capere possit
quam facultatem in scriptis habeat. Qui
autē abique tali facultate ea legere, seu
habere praesumpserit: nisi prius Biblijs
Ordinario redditis, peccatorū absolutio-
nem percipere nō possit. Bibliopola ve-
rō, qui praedictam facultatē non habet
Biblia idiomate vulgari conscripta ven-
diderint, vel alio quouis modo concesser-
int, librorū pretiū, in vñs pios ab Epi-
scopo cōuertendum, amittit: alijq; pec-
nis pro delicti quantitate eiusdem Episco-
pi arbitrio subiacet. Regulares verō nō
nisi facultate à Praelatis suis habita, ea le-
gere, aut emere possunt.

REGVLA QVINTA.

Libri

Le aut illi, qui hereticorum auto-
rū opera incendiam procedunt in
quibus nulla, aut pauca de suo
opponunt, sed aliorum dicta colligūt, cu-
iusmodi sunt Lexica, Concordantiae, A-
pophtegmata, Similitudines, Indices,
& huiusmodi, siqua habeant admixta,
quae expurgatione indigeat, illis Episco-
pi & Inquisitoris vñs cū Theologorum
Catholicorum consilio sublati, aut emen-
dati, permittantur.

REGVLA SEXTA.

Libri aut in vulgari idiomate de con-
trouersijs inter Catholicos &
hereticos nostri tēporis differ-
tes, non passim permittantur: sed idē de-
ijci seruetur, quod de Biblijs vulgari lin-
gua scriptis statutum est. Qui verō de-
tione bene viuendi, contemplandi, con-
ficendi, ac similibus argumentis vulgari
sermone conscripti sunt, si sanam doctri-
nam contineat, non est cur prohibeantur:
sicut nec sermones populares vulgari
lingua

lingua habiti. Quod si haec in aliquo regno, vel provincia aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla contineant, quae sine delectu ab omnibus legi non expediat: si eorum auctores Catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo, & Inquisitore poterunt.

REGVLA SEPTIMA.

LIBRI, qui res lasciuas, seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur: & qui eos habent, seuerè ab Episcopis puniuntur. Antiqui vero, ab Ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam & proprietatem permittuntur: nulla tamen ratione pueris prelegendi erunt.

REGVLA OCTAUA.

LIBRI, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen

men obiter aliqua inserta sunt, quae ad haeresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem spectant: Catholicis Theologis, Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possunt. Idè iudiciu sit de prologis, summarijs, seu annotationibus, quae à damnatis auctoribus libris non damnatis appositae sunt: sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGVLA NONA.

LIBRI omnes, & scriptae Geomantiae, Hydromantiae, Aeromantiae, Pyromantiae, Onomantiae, Chyromantiae, Necromantiae, siue in quibus continentur Sortilegia, Veneficia, Auguria, Auspicia, Incantiones artis Magicae, prorsus reiciantur. Episcopi vero diligenter provideant, ne Astrologiae iudicantibus libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus successibus, sortitijsve casibus, aut his actionibus, quae ab humana voluntate pen-

dent, cerò aliquid euenturum affirmate
audent. Permittuntur autem iudicia, &
naturales obfervationes, quæ navigationi,
agriculturæ, siue medicæ artis iuuan-
dæ gratia confcripta funt.

REGVLÆ DECIMA.

In librorum, aliamve fcripturarum
imprefione feruetur, quod in Cõ-
cilio Lateranenfi, sub Leone Decimo,
Sefiione decima ftatutum eft. Quare, fi
in alma vbe Roma liber aliquis fit im-
primendus, per Vicarium Summi Ponti-
ficis, & facri Palatii Magiftrum, vel per per-
fonas à Sanctiffimo Domino noftro de-
putandas prius examinetur. In alijs ve-
rò locis ad Epifcopum, vel alium habentem
fcientiam libri vel fcripturæ imprimen-
dæ ab eodem Epifcopo deputandum, ac
Inquifitorem hæreticæ prædicationis eius ci-
uitatis, vel diocesis, in qua impreffio fiet,
eius approbatio & examen pertinet: &
per eorundem manum propria fubfcriptione
gratis & fine dilatione imponendam, sub
penis

pænis & cenfuris in eodem Decreto cõ-
censis approbetur: hac lege & cõditione
addita, vt exemplum libri imprimendi au-
thenticum, & manu autoris fubfcriptum a-
pud examinatorem remaneat. eos verò,
qui libellos manu fcriptos vulgant, nifi
ante examinati probatiq; fuerint, eisdem
pænis fubijci debent, iudicant Patres
deputati, quibus impreffores: & qui eos
habuerint, & legerint, nifi autores pro-
diderint, pro autoribus habeantur. Ipta
verò huiusmodi librorum probatio in
fcriptis detur, & in fronte libri vel fcripti
vel impreffi authenticè appareat: proba-
tioq; & examen, ac cætera gratis fiant.
Præterea in fingulis ciuitatibus ac diocce-
fibus, domus, vel loci, vbi ars imprefforia
exercetur, & bibliothecæ librorum ven-
nalium læpius vifitentur à perfonis ad
id deputandis ab Epifcopo, fiue eius Vi-
cario, atque etiã ab Inquifitore hæreticæ
prædicationis: vt nihil eorum, quæ prohibe-
tur, aut imprimitur, aut vendatur, aut
habeatur

habeatur. Omnes verò librarij, & quicūque librorum venditores habeat in suis bibliothecis indicem librorū venalium, quos habent, cum subscriptione dictarū personarū nec alios libros habeant, aut vendant, aut quacūque ratione tradant sine licentia eorundem deputandorum, sub pena amissionis librorū, & alijs arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponēdis. Emptores verò, lectores, vel impressores eorundē arbitrio puniantur. Quod si aliqui libros quoscūque in aliquam civitatem introducant, teneantur eidem personis deputandis renunciare: vel si locus publicus mercibus eiusmodi constitutus sit, ministri publici eius loci prædictis personis significant, libros esse adductos. Nemo verò audeat librū, quē ipse vel alius in civitatem introduxit, alii cui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi ostensio prius libri, & habita licentiā à personis deputandis, aut nisi notorie cōstet, librum iam esse

tam esse omnibus permissam. Idē quoque seruetur ab heredibus & executoribus vltimarum voluntarū, vt libros à defuncto relictos, sine totum indicem illis personis deputandis afferant, & ab eis licentiam obtineant, priusquam eis vtiatur, aut in alias personas quacūque ratione eos transferant. In his autem omnibus & singulis pena statuitur vel amissionis librorū, vel alia, arbitrio eorundē Episcoporum, vel Inquisitorū, pro qualitate contumacie, vel delicti.

Circa verò libros, quos Patres deputati aut examinant, aut expurgant, aut expurgandos tradiderint, aut certis conditionibus, vt notius exciderentur, concesserant: qui quid illos statuisse constitit, tam bibliopola, quā ceteri obseruent. Librū tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus secundū facultatē, quā habet, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis regnis, aut provincijs, vel die-

cessibus expedire iudicauerint. Ceterum nomina cum librorū, qui à Patribus deputatis purgati sunt, tum eorū, quibus illi hanc prouinciam dederunt, eorundē Deputatorum Secretarius notario sacre vniuersalis Inquisitionis Romane descripta Sanctissimi Domini nostri iussu tradidit.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularum præscriptum, aut huius Indicis prohibitionem libros aliquos legere, aut habere. Quod si quis libros hæreticorum, vel cuiuslibet auctoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita, legerit, sine habuerit: statim in excommunicationis sententiam incurrat. Qui verò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit: præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Episcoporum seuerè puniatur.

Auctores

AVTORES PRIMÆ
CLASSIÆ

A



Benedictus Carastus, alius Hildertus
Hildertus.

Achilles Pirminius Grassarius.

Adolphus Clarembach.

Albertus Bejandbergensis.

Albertus Draco.

Alexander Alexius Scotus.

Alexius Breuicorne.

Alphonfus Amelius Chemnicensis.

Ambrosius Interboensis.

Ambrosius Mohlmanus Fratulanensis.

Andreas Altavero.

Andreas Benedictus Carastus.

Andreas Costander.

Andreas Dieberus.

Andreas Fabricius Chemnicensis.

Andreas Friskus Madruanus.

Andreas Hesperus.

Andreas Kasper.

Andreas Mafcalus.

D 1 Andreas

Andreas Oshander,
Andreas Pusch,
Angelus Colonas,
Antonius Argus, autor libri de origine Melle,
Antonius Brucolus,
Antonius Carmani,
Antonius Oida,
Antonius Alieus,
Arctius Filianus qui et Martinus Begerus,
Arnoldus Montanus,
Asinius Schaffer,
Arturus Britannus,
Augustinus Magnus Pedemontanus.

Certotum auctori libri prohibiti.

In officio Aeneae Salazj prohibetur ea, quae ipse in
Bulla retractationis damnauit.
Acacius, seu potius Calixtus contra uulgum libris
de Trinitate.
Alexand. Francisci Dini Tituli.
Alexand. de Rosolis Aretini tractatus de potestate
Imperatoris et Papae, et de Concilio, quae
ante expurgata fuerit.

Augustini de Roma, Nucerini Archiepiscopi,
tractatus de Sacramentis, et de unitate in Iesu Chri-
sti et Ecclesia: Item tractatus de Christo ca-
pite, et eius in se hunc principatu: Item tractatus
de charitate Christi circa electos, et de eius
insigne amari, quibusque expurgata fuerit.

**Libri prohibiti, ab incerti nominis
auctoribus compositi.**

Alta Harenberg, videlicet Oshandriana.
Alta Synodi Berouensis.
Altonus duo Secretarij Pontificij.
Almonius Ministrum uerbi Argentorensium.
Argumentis discipulis super consilio doctorem
Cardinalium, etc.
Albinus Purgatorij.
Albaranus Franciscoranus.
Alcheranus Mahometis, Basileae impressus, et
similis cum siculis, et impio annotationibus
et prefationibus: item in uulgari lingua et
in excelsione Inquisitionis haberi possit.
Alphabetum Christianum.
Amica, et familia, et de uita aduersaria.

Anthonis p[ro]f[ess]o[rum] Mar[ti]ni per Eucharium

Contra

Anthonis de la Isla

Anthonis in alia Causa Tridentina

Anthonis in Chronica Abbatis Vespereffia

Anthonis cuiusdam libri de repugnancia doctrinae Christianae

Apologia confessionis Augustinae

Apologia de doctrina Passio[n]um

Apologia contra Henricum Duce[m]

Apologia Graecorum de igne Purgatori

Arg[um]ent[um] prophetic[um] seu Testimonij epistola

Articuli Anabaptistarum Moraviae

Articuli Anabaptistarum Saxoniae

Articuli de facultate Theologica Parisiensis deper-

minati super materia[m] facta[m] in se habet con-

traversa[m], cum articulis antea, et crederentur

Calvin

Articuli inuentionis Veritatis anabaptistarum

Articuli de veritate Fidei seu veritate

Apologia confessionis ecclesiam contra quosdam

et impie facta[m] et reuocandam ducunt suam doctrinam

Calvin

D

Antony

AUTORES PRIME

CLASSIS

B



Abelard Helmas

Abelardus Parmensis

Abelardus Lantensis

Abelardus Casimirus

Abelardus Bernardus

Abelardus Rufinus

Abelardus Augustinus

Abelardus Grammaticus, alius Passius

Abelardus Iuanes Herodol Anopolita

Abelardus Sarmatius

Abelardus Halitus

Bernardus Ocinus Senensis

Bernardus Romanus

Benedictus Margestern

Bernardus Zugiens

Bernardus Diocesis Andegauensis

Baldardus Porsimera

Bilcanus Theobaldus

Blaucus Ambrosius

Bucari

Baccus Martius.

Bargubugis P. Pontatus, seu Idus Bar-
gubugis Pomeranae. . . .

Balingerus Henricus.

Certorum auctorum libri prohibiti.

Baptista Campanus opus operis, quod hucus-
prodierat, revoluta.

Bartholomaei Lincei lib. de adhaerentia christi.

Bemovis libri de vita Hildebrandi.

Beati Rhenani scholia in Terentium.

Bertrami liber, qui inscribitur De corpore et
sanguine Christi.

Boccacii Decades, seu novelle centum, quoniam
expurgata ab eo, quibus tam Patres commu-
serunt, non prodierunt.

Bronnii Henrici Quersfordensis poematum
libri septem.

Autorum incerti nominis libri
prohibiti.

Belial, seu de consolatione peccatorum.

Bonifacium Christi.

Bonifacius

Bonifacii Disputatio, in qua,

Bonifacii Reformatio contra Massam.

Brevit et compendiosa instructio de religione
Christiana.

Brevit tractatus ad amicum Christianum liber
totum multorum.

Brevit Pastorum Sagax.

AVTORES PRIMÆ

CLASSIS.

C



Celso Honorius Carolus.

Celso Secundus Carolus.

Calanus.

Capitulum Vindoburgense, Fabrycius.

Carostyladius.

Carinus Melioretus.

Caspar Cruciger.

Caspar Peppers Badisbani.

Casparus Tamberus.

Cassander Burgensis.

Caricus Cezelinus.

Christianus Beyer.

E *Christus*

Christophorus Laticlaus Hofius.
Christophorus Clarus.
Christophorus Cornarus ex Fugia.
Christophorus Freycinetus.
Christophorus Heynderplinius.
Christophorus Hoffman.
Christophorus Melliferus.
Christophorus Thrasibulus.
Christophorus Reiter.
Claudianus Taurinensis, qui scripsit de imaginibus.
Claudianus Smerellanus.
Clemens Marath.
Conradus Clauferus.
Conradus Cordatus.
Conradus Dappolus.
Conradus Perca.
Conradus Casparus.
Conradus Gubelus Tyrannus.
Conradus Leges.
Conradus Lycosthenes.
Conradus Pellicanus.
Conradus Scriba.
Conradus Semina.

Conradus

Conradus Tenuis de Freudenau.
Conradus Agrippa.
Conradus Milus.
Cyprianus Louicius.

Ceterorum auctorum libri prohibiti.

*Capricci del Bassano di Giambattista Gelli, quod
 die emendatus non prodierit.*
*Chamanni Elinssachy de tabernis montanis
 chronologia ex sacris literis.*
Ciri Theodori Pedroni Epigrammata.

Auctorum incerti nominis libri
prohibiti.

*Capita fidei Christianae contra Papam, et per-
 tus inferentia.*
Capa finita.
Carantii et Mercurij Dialogi.
Catalogus Papae et Musae.
Catalogus testium veritatis ex sanctis Patribus.
Catechismus Ecclesiae Argentoratensis.
Catechismus Tubicensis.
Catechismus pro ecclesia Vircembergen.

E 2 Catechismus

- Catechismus, cui titulus, *Quod numerus*
 Catechismus, cui titulus est, *Catechismus maior*
 et minor.
 Catechismus, eius formulario per instituire et
 animare iuveniles in religione Chri-
 stiana, facta a modo di Dialogo.
 Catechismus peritus pro parva in scholis super
 anctis.
 Catechismus super evangelium Marci.
 Catechismus sine Symboli expositione.
 Catechismus sine explicatio Symboli Apostolici.
 Catechesis parvorum in fide, literis, et moribus.
 Causa, quare Synodus indicta à Rom. Ponti-
 fice Paulo III. recusavit Principes, Status, et
 civitates Imperii protestantes parvam et catho-
 licam doctrinam.
 Centum et quatuordecim sententiae Patrum de
 officio verorum Rectorum Ecclesie.
 Centum et quinquaginta etc.
 Christiana institutio.
 Christiani scholæ Episcoporum etiam libri duo ex
 hinc postea excerpti.
 Christiani monumenta de iudicia.

Christiana

- Christiana responsio ministrorum Evangelij Ba-
 siliæ, cur missam, etc.
 Concilio Magdeburgensi publicatio litterarum
 ad omnes Christo fideles anno 1550.
 Clericalia Salamensis.
 Collatio divinarum et Papalium Canonum.
 Collocutio de monstratibus ex Preceptis, A-
 postolis, et Doctrinis Ecclesie, quod Spi-
 ritus sanctus à solo Patre procedit.
 Colloquium Cyclæ et Lutheri.
 Colloquium Marburgense.
 Colloquium Wormaticum institutum anno 1527.
 Commentarius Germ. in Cornelium Tacitum.
 Commentarius de Angelo Melancthonis.
 Commentarius in priorem Tertuliani epistolam
 à viro summe pietatis conscriptus.
 Comedie et tragedie aliquot ex veteri Testa-
 mento publicare Ioanne Oporio.
 Comedie super questionem, *Quid sit morte in-
 solatio morientis, etc.*
 Concilium Theologicum adversus hereti-
 cos literarum studiosos, etc.
 Concilium Pisanum, quod verius concilium

E 3 decem

dicendum est.

- Conciones de decem Preceptis Dominicis.*
- Concordantia principum nationis Germanicæ de assensu christiano.*
- Confessio fidei Augustana.*
- Confessio fidei Baronii, et Nobilium Bohemie.*
- Confessio Saxonica.*
- Confessio Ecclesie Tigurina.*
- Confessio Wirtembergensis.*
- Confutatio determinationis doctorem Parisien-
siam contra Martinum Lutherum.*
- Confutatio vnius et viginti propositionum de
differentia legis et Evangelij.*
- Congregatio, sine collectis insigniam concordan-
tiarum Biblicæ.*
- Capitulum Christianum.*
- Confessio d' alcuni Vescovi congregati in Bologna.*
- Contra regulam Minoritarum et vniuersas per-
ditionis scilicet.*
- Contra sanctos Zelystos.*
- Conuentus Augustensis.*
- Copia d' vna lettera scritta alla IIIIL de Gen-
naio M. D. C.*

Cardigeræ

*Cardigeræ vniuersi confligunt alibi, Dialogus.
Cymbalum mundi.*

AUTORES PRIMÆ

CLASSIS.

D



- David Georgius ex Delfto.*
- David Proferus Lyffius, vel
Pffinger.*
- David Schifer.*

- Didymus Fascianus, qui est Melanchton.*
- Dietrichus Cellarius.*
- Diuitius Melander.*
- Dominicus Caramanus.*
- Dominicus Melgarianus.*

Ceterorum autorū libri prohibiti.

- Dante Monarchia.*
- Danielis Chytræi liber de autoritate et certitu-
dine Christiane doctrine, et ratione di-
scendi Theologiam.*
- Desiderij Erasmi Rotterodami Culpæ puerum li-
ber, Moris, Lingue, Christianitatis, et
iustitiae, De interdicto usu carnicum, Exultatio*

Paraphrasæ

*Paraphrasi in Latinam, quae à Bernardi
no Tomitano in Italianam linguam conversa
est: cetera vero opera ipsius, in quibus de re-
ligione tractat, auctoritate prohibita sunt, quon-
iam à facultate Theologica Parisiensi, vel
Louvaniensi expurgata non fuerint.*

*Alia vero ex multis, quae in multis Partibus
Moralium permittuntur: Inferiora vero quae
iam edita sunt, expulsi loci suspecti in-
dicio alicuius facultatis Theologicae univer-
sitalis (Catholicae, vel Imperatoris) alicuius
generalis, permittantur.*

**Autorum incerti nominis libri
prohibiti.**

- Declaratio de Libertate*
 - Decreti Natterbergense, editi anno M. D. XIII.*
 - Defensio pro Zuinglio*
 - Defensio aduersus hereticos Catholicorum, à con-
nationem Roberti Episcopi aduersus*
 - Dialogi de Mercurio et Cupido*
 - Dialogi aduersus Iacobum Fabrum*
 - Dialogus de Antiquitate*
- Dialogus

- Dialogus de morte Iulij 31 P. P. sive Iulian.*
- Dialogus Karliani, et Regellian.*
- Dialogus Martiani Leniathan.*
- Dialogus obfcurarum virarum, in quo tres collo-
quantur Theologi.*
- Dialogus Paradocor, quae Romani Pontificis
orator videtur cum eo, qui est, etc.*
- Dialogus oratoris Pontificis Romani, et illius
qui est Pontifici à confessionibus.*
- Dyscori supra s. fiventi di S. Francisca.*
- Dyscordia della Chiesa.*
- Disputatio Bolognensis*
- Disputatio Bernensia*
- Disputatio Cronicensis cum duabus epistolis.*
- Disputatio inter Clericum et militem super pu-
estate Praelatis Ecclesiae atque Principibus
Terrarum commissa, abio Sempronio Floridary.*
- Disputatio Lyptica inter Martinum et Haer-
esymum Emserum.*
- Diurnale Romani impressum Luz dani, in edi-
bus Philiberti Rollet et Bartolomei Freni.*
- Doctrina vetus et nova.*
- Doctrina verissima, sumpta à cap. 1111. Epi-*

Sola ad Romanos: ut consolentur afflicta et scientia.

Dragale locorum commisitum.

Dux letore d' un Cortigiano, nelle quali si dimostra che la fede, etc.

Dux dissertationi Herfordianae, Längst Nander.

AVTORES PRIMÆ

CLASSIS.

A



Abanus Hessus.

Erasmus Roterdamus. vide supra in litera. D.

Erasmus Benedictus Silivius.

Erasmus Eborac.

Erasmus Fabius.

Erasmus Oswaldus Sereker confuctus.

Erasmus Rotembacher.

Erasmus Sarcerius.

Erasmus Saeppius.

Evaristus Cordus.

Evaristus Mion, qui et Masius.

Autorum

Autorum incerti nominis libri

prohibiti.

Elementa Christiana ad instituendum pueros.

Enarrationes Epistolarum, et Evangeliorum.

Enchiridion Christianissim.

Enchiridion parum precationum.

Epigrammatum libri duo Christiana felle, et varij Christiani poetis descripti.

Epistola apologica ad sinceriores Christianissim seclaturos per Phrysiam orientalem, etc.

Epistola Christiana de Cura Domini.

